



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

92. Solo Crucis signo munitus auis se committit & mare transmittit
incolumis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

Sauig, ferri, Roborq, acerbitas
 Amaritudinis dedit amarissima,
 Fertur tenello candidisse corculo
 CLARA illa ditis Vmbria decus auremto.
 Verum, nec inde reddita est amarior.
 Sed blandiore blandior aqua fontium.
 Et dulciore dulcior aqua fluminum,
 Quid obstupescis? Cereum id erat Corculum
 Vndas suaves Cera reddit aquori.

Ignatius Dyscorus lib. i. Epigramm
 Sacror. LXXVII.

II.

AMATOR CRUCIFIXI

Solo Crucis Signo munitus aqua se com-
 mittit, & mare transmittit inco-
 lumis.

92

S. RAYMUNDVS PENNAFORTIVS BAR. S. R. AT
 cinonensis, qui Ordinis Prædicato- MVN-
 rum Generalis fuit tertius, cum in Ba- DVS Penn-
 learibus Regi Iacobo adesset, is edicto nasfortius.
 publico prohibuit, ne quis sub pœna ca-
 pitis Raymundū nauigio suo Bareino-
 nem reduceret. De quo Regis edicto
 Sanctus Vir certior factus, ad portum,
 vbi aderant nauigia, vulgo dictum Sol-
 lar peruenit, quærens suæ nauigationis
 commodum, si inuenire potuisset.

Verum, quum nauæ omnes Regiam Negat
 timentes Maiestatem, transitum ei transi-

I 4

dece-

Navigatio in pallio. denegassent, ab eis se aliquantulum di-
vertens, oratione præhabitâ, pallio se
exiit, illudque super undas maris ex-
tendit, ac SIGNO CRVCIS edito, socio-
que eius præ timore nimis exterrito,
in littore maris relicto, extensum pal-
lium Sanctus apprehendit, scapula-
reque suum desuper baculum exten-
dens pro velo posuit. Cumque sic
Deo operante, qui in Sanctis suis sem-
per est mirabilis, nauigaret, subito, in-
enarrabili quadam diuina ope, ventus
insufflauit, undisque insolita tranqui-
litate crispantibus, citius ab hominum
disparuit visu.

*Insequen-
tia frustra-
tio.*

Quæ res cum in publicum vola-
set, & regia aula insolitis rumoribus
plena esset, mox mandato Regis præ-
parantur triremes, undique confluunt
nauigia, vt Raymundum adducant.
Sed frustra fuit Regis ac nautarum soli-
citus cum frustra scientia aut confu-
sionem quærat contra Dominum. Il-
le enim qui eduxit ventos de thesauris
suis, & ambulat super pennas vento-
rum; & Petrum supra mare ambulante
tem ne mergeretur, crexit, ille, inquam
qui supra mare incedens, ac si super ter-
ram discipulis suis nauigantibus opem
ac auxilium præbuit, Seruum suum
Ray.

Psal. 134.

203.

Matth. 14.

Raymundum breui temporis spacio
per tot millaria deduxit, vt cum vix
naues, prospero vento insufflante, pos-
set vno die naturali ab vno littore
ad aliud transfretare, ille tantum maris
spacium sex horis pertransierit.

In hac navigatione cum Vir Sanctus *Humilitas*
humilitatis amans vellet occultari, *Raymūdi*
non potuit. Apparuit enim eo die ante
prandium in mari velut maxima naus,
quam aduenire cum de more specula-
tor turris locum indicasset, accurrit ad
littus, vt solet, maxima hominum mul-
titude, vt nauim illam nouam excipe-
rent: verum cum ciuitati appropin-
quasset in terramque discendisset, non
nauim, sed Raymundum, cum magna
omnium admiratione exceperunt. Pal-
lium autem aliaque vestimenta ita sic-
ca remanserant, ac si aquam non teti-
gissent.

In vita quam scripsit Michael Lotius edita
Roma 1595. Ribadeneira ex antiquo hist.
Chronicon Ordin. Sur. 6. Ian. Gra-
ti.